

Q. B. B. V.
EXERCITATIO HISTORICO-POLITICA
DE
GYMNASIIS
LITTERARIIS
VETERVM ROMANORVM,

QVAM
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

P 530
DOMINO
GVILIELMO HENRICO,
DVCE SAXONIAE, IVLIACI, CLIVIAE, MONTIVM,
ANGARIAE, GVESTPHALIAE,
RELIQVA,

PRAESIDE
IOANNE GEORGIO WALCHIO,

ELOVENTIAE ET POESEOS PROFESSORE
PVBLICO ORDINARIO,
PATRONO, PRAECEPTORE AC HOSPITE
OMNI OBSERVANTIA COLENDO,
PVBLICO ERUDITORVM EXAMINI SVBMITTET

AUCTOR
IO. CHRISTIANVS LEVKFELD,
CELLENS. HMANIOR. ET SACRAR. LIT-
TERAR. CVLTOR.

AD D. XII. APRIL. A. O. R. C¹⁵ IO CC XXI.

IENAE, LITTERIS RITTERIANIS.



GERMANIA
LITERARIS
ROMANORVM
DOMINO
CATHERINO HIRNICO
DILECTISSIMO ET DILECTISSIMA
ANGELIUS GABRIEL
KIRCH
DILECTISSIMA ET DILECTISSIMA
IOTINE GEORGIO VAFHEIO
PAPALIS ORDINARIO
TITULIS TRICASTENS AC NOVATIE
TITULIS S. MARIAE VATICANAE
TITULIS S. MARIÆ MAGDALENÆ
TITULIS S. CATHERINI ALEXANDRIENSIS
TITULIS S. CATHERINI S. CATHERINI
TITULIS S. CATHERINI S. CATHERINI
TITULIS S. CATHERINI S. CATHERINI

AD DILECTISSIMAM S. CATHERINAM
TITULIS S. CATHERINI S. CATHERINI



VIRIS
REVERENDISSIMO ATQUE ILLVSTRI
DOMINO
GERHARDO,

LIBERI ET IMPERIALIS COENOBII LOCCV-
MENSIS ABBATI SVMME VENERABILI, PO-
TENTISSIMI MAGNAE BRITANNIAE REGIS
ET SERENISSIMI ELECTORIS BRVNSVICEN-
SIS AC LVNEBVRGENSIS, ECCLESIARVM ET
TOTIVS CLERI IN VNIVERSO ELECTORATV
BRVNSVICENSI ET LVNEBVRGENSI DIRE-
CTORI, CONSILIARIO PROVINCIALI CON-
SISTORIALI ATQUE ECCLESIASTICO ET
STATVVM PROVINCIALIVM IN DV-
CATV CALENBERGENSI
PRIMATI,

ATQUE
MAGNIFICO AC SVMME REVERENDO
DOMINO
DAVIDI RUPERTO
ERYTHROPEL,

CELEBERRIMI NOMINIS THEOLOGO, IN AVLA
SERENISSIMI AC POTENTISSIMI MAGNAE
BRITANNIAE REGIS AC BRVNSVICENSIVM
ET LVNEBURGENSIVM ELECTORIS A SACRIS
PRIMARIIS ET CONSILIIS ECCLE-

SIASTICIS,
TUTISSIMI MARCHIONIS
ET CONSILIIS BRVNSVICENSIVM
ET
MAGNIFICO AC SVMME REVERENDO

DOMINO
POLYCARPO LYSERO,

SCIENTIAE DIVINIORIS DOCTORI CELEBERRIMO,
SACRAE REGIAE MAGNAE BRITANNIAE MA-
IESTATIS ATQUE ELECTORIS BRVNSVICEN-
SIS ET LVNEBURGENSIS CONSILIARIO SENA-
TVS ECCLESIASTICI, ECCLESiarVM DVCA-
TVS CELLENSIS SVPERINTENDENTI GENE-
RALI ET PASTORI PRIMARIO
CELLENSI;

NEC NON
MAGNIFICO ET SVMME REVERENDO
DOMINO
LEVINO BVRCARDO
LANGSCHMID,
SACRAE MAIESTATIS REGIAE MAGNAE BRITAN-
NIAE, AC SERENISSIMI ELECTORIS BVRN-
VICENSIVM ET LVNEBVRGENSIVM A SA-
CRIS ET CONSILIIS ECCLE-
SIASTICIS,
ET
SVMME REVERENDO EXCELLENTISSIMO QVE
DOMINO
PHILIPPO LUDOVICO
BOEHMER,

DOCTORI THEOLOGIAE CELEBRATISSIMO, PO-
TENTISSIMO MAGNAE BRITANNIAE REGI
AC BVRNSVICENSIVM ET LVNEBVRGENSIVM
ELECTORI A CONSILIIS SACRIS, ECCLESIA-
RVM CALENBERGICARVM SVPERINTENDEN-
TI GENERALI, COLLEGII SACRATI, QVOD
VVVNSTORPII SEMPER EST,
SENIORI,

SUMME REVERENDO AMPLISSIMO QVE

DOMINO
HENRICO LVDOLPHO
BENTHEM,

SACRAE REGIAE MAGNAE BRITANNIAE MAIE-
STATIS ATQVE ELECTORIS BRVNSVICENSIS
ET LVNEBURGENSIS CONSILIARIO SENATVS
ECCLESIASTICI, ATQVE ECCLESIARVM IN DV-
CATV LVNEBURGENSI DISTRICTVS HARBVR-
GENSIS SUPERINTENDENTI GENERALI, ET
PASTORI PRIMARIO HAR-
BVRCENSI,

PATRONIS SVMMIS OMNI PIE-
TATE ATQVE OBSEQVIO COLENDIS

VITAM, SALVTEM, FELICITATEM
IOANNES CHRISTIANVS LEVKFELD.



Nolite mirari, PATRONI SVMMI, quod
splendidā nomina Vestra vmbriticæ huic o-
pellæ præfigere, & illam vobis deuote ac sub-
missō cultu offerre sustinuerim. quod enim
pietatis, in animo infixa, sensus admonet, san-
ctissimique religio obsequii iubet, obseruandum mihi esse
iudico, vt industria mea vobis ratio reddatur, quoniam be-
neuelentiam vestram idoneis ad studia subsidiis perliberaliter
subinde constitutis, aperte satis mihi confirmasti, & quan-
tae curæ vobis sit musarum mearum salus, haud dubiis si-
gnificationibus declarauisti. his rebus permotus prouid-
endum mihi nunc vnicæ omniq[ue] studio elaborandum
duxi, vt, nisi omnem religionis cultum ex animo amisisse
viderer, obsequii mei sanctitatem, qua vobis in perpetuum
deuotus sum, pie reuerenterque probarem, & gratæ ac de-
in
missæ

missæ mentis testificationem darem publice. equidem
antea constitutum mecum erat, specimen quoddam ex
sanctiori disciplina de promtum, vobis consecrare; sed
consilio cuiusdam viri summi, cuius auctoritas apud me
debet valere plurimum, inductus, in elegantiori doctrinæ
& humanioribus litteris aliquid meditatus sum. sic e-
nī semper sensi, & ita animum induxi, hæc studia litterarum
esse adiumenta omnis doctrinæ, atque ornamenta
omnis eruditionis, quæ ad sanctam quoque diuinarum re-
rum doctrinam applicata, eximium aliquid & præclarum,
quodue incomparabiles fructus adferat, progignant. ad-
mittite igitur serena fronte hunc foetum, quem musæ meæ
peperere, ac vestris oculis & vestro iudicio subiiciunt, nihil
que magis gestiunt, quam labores suos VOBIS, MAECE-
NATÆS, adprobari. præpitio numini castissime supplico, vt
vos porto saluos sospitesque præstet, meritorumque Vestro-
rum ornamēta ecclesiæ arque rei publicæ seruet diutissime.
a Vobis vero, PATRONI MAXIMI, submisse peto atque
contendo, vt sub tutela præsidioque Vestro constitutas vitæ
studiorumque rationes in posterum quoque securè habere
michi licet, eisque in numero obsequiosissimorum clien-
tum Vestrorum. Iepæ d. VIII. April. anno reparatae
salutis CICIO CCXXI.

Qui



Vi antiquitatum studiis ea ratio-
ne dant operam, vt litterarum
antiquitates vel omittant, vel
plane leuiter adtingant, non
ita, vt par est, vtque discipli-
næ huius dignitas ac amplitudo
exigit, eam tractare atque co-
lere videntur. litterarum enim
primas origines, incrementa & progressus; vel ad-
uersa etiam fata, prout voluentibus seculis expertæ
sunt, perquirere & inuestigare; ac per singula æta-
tum momenta ostendere, per quos viros, quibusue
modis, inter quas gentes præcipue earum commoda
aucta sint atque amplificata; aut quid denique in il-
larum antiquitatibus dignum sit memoria atque illu-
stre, excutere diligentius atque illuminare, non po-
stræna pars elegantioris eruditio[n]is censenda est. me-
lioris quippe cultiorisque doctrina exemplum inde
peti potest, vt ad eius normam nostram fingamus
republicam, &, quod felix nobis musarumque no-
strarum saluti inseruat, eligamus: quodue damno
illis sit atque impedimento, fugiamus, quod cum

A per-

2 EXERCITATIO HISTORICO-POLITICA

perspexerunt viri erudit*i*, in eo sibi elaborandum duxerunt, vt hancce eruditionis partem ex historiarum & antiquæ ætatis monumentis illustrarent, cuius generis scriptores exhibent IO. ALBERTVS FABRICIVS, (a) IACOB. FRIDERIC. REIMMANVS, (b) quorum amplissima industria facit, vt heic breuitati studeamus.

(a) bibliograph. antiq.
quar. c. XXI.
(b) system.
antiquit. litterar.

(c) confer
CELLARIVM
programmat.
num. LXI.
P. 439.

§. II. Omnium vero gentium, quibus maximæ curæ fuit, vt pectus suum earum artium atque disciplinarum cognitione implerent, quibus instrucci rempublicam capessere, eamque tutari firmiter ac stabilire possent, primas partes olim tulisse romanos, (c) annaliuni monumenta magna consensione testantur. litterarum enim lumine atque beneficio effectum est, vt isti ab vitæ morumque adsperitate ad honestatem cultumque nitidorem, & a barbarie ac squalore ad humanitatis laudem & varias doctrinas traducti sint, illorumque respublica enitescere illustris atque flore re potuerit. sero quidem litterarum studia in vrbe roma coli & exerceri coeperunt, nec nouimus, ante Punica bella quemquam artium studiis & liberalibus doctrinis clarum inter romanos commemorari. ab ea vero tempestate litteris candidior lux adsulst, eademque loco haberi meliori coeperunt. primum litteras docuisse LIVIVM ANDRONICVM, CICERO (d) de clar. orator. cap. 18. (d) commemorat his verbis: *hic Linius, qui primus fabulam, C. Clodio Ceci filio & M. Tuditanio consulibus, docuit, anno ipso, antequam natus est Ennius; post Romanam conditam autem quarto decimo, & quingentesimo, ut hic ait, quem nos sequimur:*

DE GYMNASIIS LITTER. VETER. ROMANOR. 3

mur: adde SVETONIVM, (e) A. CELLIVM. (f) (e) de illustr.
processu temporis maior prouentus ingeniorum ex- grammata. c. 21.
stisit, quæ in melius litteras industria sua prouexe- (f) noſtib.
runt: vide CICERONEM, (g) VELLEIVM PA- Attic. lib.
TERCVLVM, (h) & CHRISTOPHORVM CEL- XVII. c. 21.
LARIVM. (i) ex quo vero clarissimum M. TVLLII (h) lib. II.
CICERO NIS illuc eret ingenium, sine exemplo ma- cap. 9.
ximuti, rectiora paterunt omnia & multæ genero- (i) dissertat.
ſe mentes maiori diligentia atque contentione per- academ. p. 343.
polire & exercere cœperunt doctrinarum studia.
quam in rem testatur VELLEIVS PATERCVLVS: (k) (k) lib. I. c. vi.

at oratio, ac vis forensis, perfectumque proſa elo-
quentie decus, ut idem separetur Cato (pace P. Crassi,
Scipionisque, & Lælii, & Gracchorum, & Fannii &
Ser. Galba dixerim) ita vniuersa ſub principe operis
ſui erupit Tullio; ut delectari ante eum paucissimis,
mirari vero neminem poſſis, niſi aut ab illo viſum,
aut qui illum viſerit. omnis doctrina grammatica,
historia, philosophy, poëſi & oratoria arte contine-
batur, cui quidam ius ciuile addebat; elegantiores
vero litteræ poëſi maxime ac oratoria facultate con-
cludebantur. cultura harum disciplinarum singulari-
plane ſiebat ratione, ac modus diſcendi talis erat, ut
haud improbari queat. adulſtorum industria, qua lit-
terarum ſtudiis operabantur, lectione, meditatione,
ſcriptione & diſputatione continebatur. in quibus
momentis ſingillatim illuſtrandis noſtrum ſtudium in
præſenti versabitur: quo vero magis perficerent ex-
ornarentque, quæ bene cœpta erant, doctrinarum
ſtudia; aut valetudinem tuerentur & bonum corpus

4 EXERCITATIO HISTORICO-POLITICA

seruarent, in alias regiones, quæ bonis artibus fera-
ces erant ac sapientiæ & honestarum musarum sacra-
ria habebant, proficisciabantur. præcipue frequenta-
bant Athenas, posteaquam dicendi disciplina sedem
sibi ac templum ibi delegerat. et quum hæ rectiorum
studiorum calendorum ardore incensis haud suffi-
cienter, ad alias vrbes artibus & disciplinis opu-
lentias abibant, vt vberiorem eruditioñis frugem
haurirent. argumentum hoc pluribus persecuti sunt

(?) de poly-
math. Lips.
1668. & tom.
X. p.985. thes.
ant. græc.
GRONOVII.

(m) diatrib.
de studiis li-
beral. vrb.

Rom.

(n) dissertat.
academ. p.341.
seqq.

(o) de studiis
liberal. apud
veter. roman.

(p) de incla-
refcendi mo-
dis apud ro-
manos. it. de
peregrinatio-

nibus roma-
nor. acad.
(q) biblio-
graph. anti-
quar. c. XXI.

(r) de dedi-
cat. libror.
p. 4. seqq.

IO. VVÖVVERIVS, (l) HERMANNVS CONRIN-
GIVS, (m) CHRISTOPHORVS CELLARIVS, (n)
CONR. BVDDE, (o) GE. NICOL. KRIEGK, (p)
quos adire possunt, qui de litterarum studiis veter-
ruim romanorum plura desiderant: conser IO. AL-
BERTVM FABRICIVM (q) & excell. PRAE-
SIDE M. (r)

§. III. In modis, quibus romani litterarum
cognitionem adsequendam duxerunt, magnum lo-
cum tenebant scholæ litterariae. reipublicæ vtique
permagni interest, vt bona mentis palæstræ aperian-
tur & apertæ vireant, in quibus per artes ac disci-
plinas ingenuum atque ad omne virtutum genus pro-
clive pectus adolescentes sibi efficiant, quo veros ac
saluberrimos litterarum fructus capiant & præsidium
quoddam ad solidam propriam & rei publicæ salutem
& stabilitatem adferre possint. hinc CICERO (s)
scholas sapientiæ officinas vocat, & alio loco fate-
tur, (t) nullum rei publicæ maius meliusue præsta-
ri posse officium, quam si iuuentus ad humanitatem
veter. latinor. decenter informetur: querenti mibi, inquit, multum
que

que & diu cogitanti, quanam re possim prodeſſe quam plurimis, ne quando intermitterem consulere rei publice, nulla maior occurrebat, quam si optimarum artium vias traderem meis ciuibus: & paullo post: (u) quod enim munus rei publice adferre maius meliusue possumus, quam si docemus atque erudimus iuuentutem? his presertim moribus atque temporibus, quibus ita prolapsa eſt, ut omnium opibus refrenanda ac coercenda ſit: addē SENECA M. (x) (x) de transq[ui]llit. anim. cap. 3.

omnes ſane ingenium colere decet, ſi ex suis miferiis eluctari, beatique & felices eſſe cupiant. quodſi enim sapientia duce cursum vita conficerent mortales, nec a prima virtute deflexiſſent, & ab infernali genio adumbratam gloriae imaginem conſectati eſſent; haud eſſet ſane, quod doctrina atque iuuentutem requireretur. nunc autem, ſimulatque editi in lucem & ſucepti ſumus, quum in omni continua prauitate, & in ſumma opinionum peruerſitate verfemur; (y) nulla alia ratio atque via, ex hacce emer- (y) vide CI-
gendi calamitate, eſt, quam ſi sapere diſcamus ani- CERONEM
mumque litteris perpoliamus: conſer maxime vene- Tufcul. quaſt.
randum 10. FRANCISCVM BVDDEVUM, (z) præ- (z) de cultu-
ceptorem noſtrum omni pietate atque obſeruantia ra ingenii c. I.
colendum. huius vero rei initium fieri in ſcholis po- §. 4.5. p. 298.
teſt, in quibus præcepta, conſilia atque remedia tra- ſelect. iur.
duntur, que morbos & languorem mentis depel- nat. & gent.
rant. quam in rem præclare dicit GOTHOFREDVS
VOCKERODT: (a) diuino quidem munere date, & (a) consultat.
commendate miseriſ mortalibus ſunt ſchola; ſed non de litter. ſtud.
reſte & reli-

giose institu-
end. &c. p. 337.
seqq.

*alia ratione, quam agrotis medicamenta: que nemo
sanus expedit; agri autem corporis vitiis conflictantes
necessitate magis, quam voluntate & suo delectu as-
sumunt. non magis in felicitatis humanae parte ponen-
dum est, quod schole sunt, & ludim agistri, cum litterarum
& disciplinarum apparatu, quam quod medi-
cis opus est, nec defunt medicamina, flamma, ensis,
quibus morbi contumaces, & vulnera inmedicabilia
vrendo, & secando tolluntur, vel mitigantur. miseria,
& prauitatis humane documenta schole sunt. nisi e-
nim a sapientia, virtute, & religione desciuissent mi-
seri mortales: nisi detorta esset a recto mens homini-
nis, & inclinata ad prauum: non esset neesse, erro-
ris, vitiorumque remedia requirere in scholes, & qua-
liacunque priscae virtutis simulacula tam laboriose, &
sollicite confectari: adde QVINCTILIANVM, (b)
(b) institut. orator. lib. I.
cap. 2.
(c) polit. ec-
cles. part. II.
scholarum disputant.
quod si ita est, sicuti est, maxi-
mopere falli videntur, qui propter nonnullos des-
ficiunt atque vicia, que ut in aliis rebus, ita & in scholis
accidunt, scholarum utilitatem & pro praesenti hu-
mani generis conditione, necessitatem in dubium
vocare, eamque euertere sustinent: id quod olim
(e) Leviath. magno conatu studioque egit HOBESIVS, (e)
cap. 46.
quem vero oppugnauit ADAMVS RECHENBER-
(f) dict. loc. GIVS: (f) nec alienus ab hac sententia videtur
(g) obseruat. Hallens. tom. CHRISTIANVS THOMASIVS, (g) illustris do-
I. nuntio seq. ciplina vir, qui scholarum originem e secta Caini-
& cauel. cir- ca praec. in- tica dedit: confer IO. FECHTIVM, (b) MICH. LI-
LIE N-*

DE GYMNASIIS LITTER. VETER. ROMANOR.

LIENTHALIVM, (i) IAC. FRID. REIMMANNVM.
 (k) hoc malum dum quidam vitare student, in aliud
 diuersum sese coniiciunt. etenim quum pro schola-
 rum dignitate atque pretio propagnare secum con-
 stituerunt, earum originem paullo altius repetunt, &
 iam in paradiſo aut temporibus ante diluvium scho-
 las, prout apud nos in vſu ſunt, querunt. neque
 minus lubrico & incerto admodum nituntur funda-
 mento, qua de scholis, praefertim publicis patriar-
 charum post diluvii tempora a nonnullis adferun-
 tur, id quod nobis confirmare ac perſuadere multa
 opera adnituntur IACOBVS ALTINGIVS, (l) GE-
 ORG. VRSINVS: (m) confer IO. ALBERTVM FA-
 BRICIVM, (n) IAC. FRID. REIMMANNVM. (o) e-
 quidem haud negamus, fuisse inter Israelitas viros
 sapientia & ingenio variarumque artium cognitione
 florentes, qui liberos suos ad pietatem ac sapientiam
 erudiuerint, & rerum diuinarum ad ſalutem cognitu-
 necessariarum notitia imbuerint: an vero iam scho-
 las, quales hodie conſtitute ſunt, habuerint, eſt, de
 quo valde dubitamus: vide HERMANNVM CON-
 RINGIVM, (p) NIC. HIERON. GVNDLINGI-
 VM, (q) IO. FRANCISCVM BVDDEV M. (r)
 ad noſtras vero ſcholas quod attinet, iis rem publi-
 cam carere haud poſſe, iam ſatis, vt putamus, euici-
 mus. non temere itaque magiftrorum institutio negli-
 genda eſt, quum ſenſus illorum, quibus in adolescentie
 ætate a magiftris imbuimus, in pectoribus altius re-
 ſideat. plures ſane ſunt ſcrupuli, circa quos obhāre-
 re infeliciter foſtent, qui aliorum institutionem con-

rispt. cap. VI.
 §. 12, 27, not. n.
 (b) ſyllog. re-
 cent. confor.
 ad disp. 42, 6, 3.
 (i) cefultat.
 de hist. litter.
 certe cuiusd.
 gentis scri-
 benda p. 48.
 ſeqq.
 (k) idea fy-
 ſtem. antiquit.
 litter. part. I.
 p. 64, 65.
 (l) histor. a-
 cad. hebraic.
 (m) antiquit.
 hebraic. scho-
 laſt. academ.
 (n) bibliogr.
 antiquar. cap.
 XXI. p. 616.
 (o) dict. libr.
 p. 72, ſeqq.

temnunt

temnunt & propriis viribus litteras imbibere labo-
rant. quum enim ipsi plerunque in nostra indole
exploranda cœutianus, nec perspectum nobis sit,
cuinam litterarum generi nos consecrare, aut quid
primo, quid secundo loco adgredi debeamus, sepius
euenit, vt eiusmodi homines modo scriptorum &
doctrinæ selectus, modo ordo atque methodus defi-
cient. nec insolitum est, vt quum prudentis viri, qui
huic malo tempestiue adferre medelam queat, con-
silio vti nolint, ob arduam ac perturbatam tractandi
rationem a scopo longius aberrent, & dum solidas
integrasque disciplinas haurire molestum ipsis sit, a-
mœnitates illarum tantum querant; neque quod
prodest, quam quod in studiis delectat, respiciant po-
tius atque sequantur. græci eiusmodi homines
αὐτοδιδάκτες, αὐτομαθῆς, αὐτοτρόφες vocant. quum
vero harum vocum per ampla sit significatio, istam
litterarum studia tractandi rationem valde incommo-
dam pronuntiauimus, qua quis nullo præente; sed
marte, quod aiunt, proprio disciplinam aliquam
addiscere connititur; nam in quibusdam scientiis,
linguarum præsertim ac historia cognitione multum
aliquem, primis elementis adreptis, propria industria
proficere posse, dubio caret; id quod vero de orato-
ria arte ac philosophia minus adfirmare licet, quum in
istis disciplinis via a præceptoris instituto quam maxi-
me locum teneat. ceterum de autodidactis conferri

(s) polyhist.
litter. tom. I.
lib. I. cap. I. s. DAEVS, (z) IO. FRANCISCVS BVDDEVS, (v)
14. seqq. OLAVS BORRICHIVS, (x) ELIAS SILBER-
RAD.

RAD. (y) instituti nostri ratio prohibet, quo minus
commoda atque emolumenta, quæ ex viua voce &
auditione percipiuntur, a nobis edifferantur; præcipue
quum id modo laudati auctores subinde egerint. non
possum tamen, quin egregia PLINII (z) verba ad-
scribam, vt omne plane dubium, quod quibusdam
adhuc suboriri poterat, tollatur: dices, inquit, ha-
beo hic, quos legam, non minus disertos etiam: sed
legendi semper occasio est, audiendi non semper. pre-
terea multo MAGIS, ut vulgo dicitur, VIVAVOX
AD FICIT. nam licet acriora sint, que legas, altius
tamen in animo sedent, que pronuntiatio, vultus, ha-
bitus, gæsus etiam dicentis adfigit. adde HIERONT-
MVM, (a) ALEXANDRVM FICHETVM, (b) HER-
MANNVM CONRINGIVM. (c).

§. III. Sed quum de gymnasiis litterariis ve-
terum romanorum in præsens edifferere, nobis est
in animo, non ab re erit, si de variis nominibus,
quæ præ se tulerunt, dispiciamus, eademque ex an-
tiquæ atatis monumentis illustremus. quod argu-
mentum vt dilucide atque aperte exponamus, de ipsa
voce *gymnasiū* primum disputare insituerimus. atqui
istius significatio antiquissimis temporibus per ampla
fuit, adeo, vt loca non solum mentis culturæ, sed cor-
poribus etiam exercendis corroborandisque destinata
dicerentur *gymnasia*, quam in rem testatur CICE-
RO: (d) nam & seculis multis ante *gymnasia* in- (d) lib. II. de
uenta sunt, quam in his philosophi garrire coperunt; orator. cap. 5.
quod & LVCIANVS (*) testimonio suo corroborat. (*) de gymnas.
nam quum Anacharsin & Solonem de *gymnasiis* in- p. 271. tom.

B ter

II. opp. edit. ter se disputantes introducit, quorum vanitatem ille
GRAEVIL. barbarus perstringit; hic vero utilitatem eorum de-
fendit, respondet Solon Anacharsi nomen loci, in
quo haec exercitia instituebantur, quarenti: ὁ μὲν
χαῖρος αὐτὸς, ἡ Αὐδαράς, γυμνάσιον ὑφ' ἡμῶν οἰνοάλε-
ται, καὶ ἐστιν ιερὴν Ἀπόλλωνος τὸ λυκίς, locus ille, Ana-
charsi, a nobis vocatur gymnasium, εἰς εἴτε Lycei Apol-
linis templum; & paulo post: καὶ ἀλλὰ δὲ ηὗντι γυ-
μναστια, ποιῶντα πυγμᾶς, καὶ δίσκους, καὶ τὸ ὑπεράθλεσθαι.
Ὥν αἰπάντων αγόνας προτίθεμεν, sunt præterea & alia
nobis eiusmodi gymnasia, pugilatus, disci, & saltus:
quorum omnia certamina proponere solemus: adde
(e) lib. X. ep. PLINIV M. (e) erat quippe gymnasium primo tem-
48. n. 4. & ep.
49. n. 2.
(f) in ruden-
te act. II. scen.
I. v. 7. 8.

*pro exercitu gymnastico & palastrico hoc ha-
bemus*

echinos &c.

locus vero iste ita nuncupabatur, quoniam exercita-
tores ibi ut plurimum denudabantur, siquidem anti-
quissima vox γυμνάστας denudari significat. unde

(g) lib. III. c. MARTIALIS: (g)
pigr. 68. *gymnasium, thermæ, studium est hac parte,
recede.*

exuimur, nudos parce videre viros.

a græcis ea primum inuenta fuisse, affirmant CICE-
RO, (h) PLINIVS. (i) nam nulla nobilior urbs
græcorum, aut colonia græcorum exstitit, quæ gy-
mnasio careret. erat in illis statua Herculis numini
dicata, quem omnes isti ludi gymnici Herculi sacri
essent.

DE GYMNASIIS LITTER. VETER. ROMANOR. II

eslent: confer VITRUVIVM. (k) & quoniām populus Herculi consecrata erat, gymnasia multis populorum frondibus mire exornabantur & coronis ex eiusmodi frondibus contextis circumuinciebantur.
Hinc VIRGILIVS: (l)

Herculeaque arbos umbrosa corona.

(k) lib. I. cap. vlt.

(l) lib. II. ge-
org. v. 66.

&c: (m) pars in gramineis exercent membra palestris,
contendunt ludo, & fulvus luctantur arena.

(m) Aeneid.
VI. v. 642, l.

gymnasia & destinata sepulturis suisse, cognoscimus ex CICERONE, (n) & NEPOTE; (o) balneae (n) lib. IV. ad diuersos epist. gymnasia interdum nuncupata suisse, testatur FLAVIVS IOSEPHVS: (p) adde HIERONTVM (q) vit. Timol. MERCVRIALEM. (q) deinde vero factum est, vt templa musarum ac virtutum, in quibus iuuenes do- (p) de bello
Etrinae præcepta percipiebant, gymnasia generatim (q) de arte
adpellata sint, quorum tria præcipue veluti sapien- gymnat. lib. I.
tia emporia constituta Athenis erant, academia quip- cap. 6.
pe, lyceum atque cynosarges: confer CHRISTO- PHORVM CELLARIVM. (r) quæ loca ingeniorum (r) notit. orb.
culturae destinata aliis nominibus præterea adpella- ant. lib. II. c.
bantur, ut sunt σχολαι, σχολεια, διδασκαλεια, Φροντι- 13. p. 1150.
σηρα, παιδευτεια, χορηγια, διατεβαι, μυσεια: confer LVDOVICVM CRESOLLIVM, (s) IO. ANDREAM (s) theatr. vet.
SCHMIDT, (t) IO. CHRISTOPHORVM VVGLFI, rhet. tom. X. p.
VM. (v) posthac gymnasii nomen ad romanos 186. thef. ant.
transfir, qui ad græcorum emulationem gymnasia, grec. GRO-
quæ ipsis ante palæstræ vocabantur, non in urbe so- (t) de gymn.
lum, sed & in villis (x) extruere cooperunt, etiam litter. Athen.
duplicis generis, quem modo exercitia corporis, (p) ad LIBA- N 11 epist. p.
modo 105.

12 EXERCITATIO HISTORICO-POLITICA

(x) vide PLI- modo cultura animi in illis instituerentur. quod ad
NIVM lib. II. prius momentum adtinet, de eo nos dubitare non si-
nit exemplum Neronis, qui gymnasium propter lu-
dos quinquennales imitatione græcorum A. V. C.
DCCCXIII. instituit, & Neronia adpellauit, id quod

(y) vit. Ne- satis aperte testatur SVETONIVS: (y) instituit &
ron. cap. 12. quinquennale certamen primus omnium rome, more
græco triplex, musicum, gymnicum, equestre, quod ad-
pellauit NERONIA, dedicatisque thermis atque
gymnasio, senatu quoque & equiti oleum prebuit.

exhibit quoque huius rei testimonium PHILOSTRA-

(z) vit. Apol. TVS: (z) καὶ πολὺ μᾶλλον, ὅπερ γυμνάσιον μὲν ἔξε-
lonii lib. IV. ποιήθη τῷ Νέρωνι, Θαυμασίωτατον τὸν ἐκεῖ, idque mul-
cap. 42. p. 182. to magis, postquam gymnasium Nero absoluit, omni-
um, que rome essent, maxime admirandum: confer

(a) ad Philo. GOTTFRIED OLEARIVM. (a) adde C. TACI-

frat. d. I. (b) lib. XIV. TVM, (b) XIPHILINVM: (c) illud vero gymna-

cap. 20. & 47. sium A. V. C. DCCCXV. ictu fulminis conflagravit,
annal.

(c) epit. DIO- effigiesque in eo Neronis ad informe æs liquefacta
NIS p. 168. est, prout tradit C. TACITVS. (d) sed gymnasia

(d) lib. XV. quoque apud veteres romanos sapientia & bonarum
c. 22. annal. artium officinas fuisse, prisca atatis testimonia satis

(e) de orator. confirmant. nam CICERO. (e)dicit: omnia gymna-
lib. I. cap. 13. sia, atque omnes philosophorum schole; & PLINIVS:

(f) lib. I. ep. (f) in summa, non facile quis quemquam ex istis,
22. n. 6. qui sapientia studium habitu corporis preferunt, huic
viro (Tito Aristoni) comparabit. non quidem gymna-

sia sc̄atur aut porticus, nec disputationibus longis
aliorum otium, suumque delectat, cetera. quæ te-
stimonia, quamvis sint clara, etiam firma ac grauia,
illis

illis tamen adhuc aliud idque SIDONII APOLLINARIS (g) adiungere non ab re ducimus, quippe (g) lib. I. ep. 6.
 qui hortatur EVNAPIVM, vt iuris discendi gratia
 roman proficiscatur, *domicilium legum, gymnasium
 litterarum*: confer EDMUNDVM FIGRELIVM,
 (b) HERM. CONRINGIVM. (i) CHRISTOPHOR. (b) de stat.
 CELLARIVM: (k) communis omnium gymnasiorum
 deus erat Mercurius tam eorum, in quibus cor- p. 205.
 pus exercabant, quam illorum, in quibus animi cul- (i) antiquit.
 tura suscipiebatur; Minerua vero tamquam amicum
 & artibus fauens numen, singularis & propria erat iis, acad. supplem.
 quæ ad animi cultum solum instituebantur: hinc I. p. 202 & de
 EVMENIVS: (l) ubi tam propinqua sunt numina (k) ad PLIN.
 amica doctrinae: adde LIVIVM, (m) RTCKI- l. c.
 VM, (n) FIGRELIVM. (o) hodie gymnasia di- (l) panegyr.
 cere solemus, quæ inter scholas triuiales & academi- pro restaur.
 as medium velut locum tenent. sequitur nomen a- schol. p. 69.
 cademie. academia olim erat locus Athenis suburba- (m) XXXIIIX
 nus, mille passus ab urbe distans, sic dictus ab Aca- cap. 51.
 demo heroë. quam in rem testatur DIOGENES (n) cap. 47.
 LAERTIVS: (p) Ἀκαδημία εἰς γυμνάσιον ἀπέτινος ἦν· (o) lib. III.
 ος ὄνομασθεν Ἀκαδήμιος, academia gymnasium est a quo- fuga. 7.
 dam heroe Academo sic dictum; & PAVSANIAS:
 (q) ἐγγύτατο δὲ Ἀκαδημία, χωρὶς ποτὲ αὐτὸς ιδίως (q) in Atticis
 τε, γυμνάσιον δὲ ἐπ' ἑρμῇ, proxime urbem est Academias
 priuati olim hominis possesso, mea etate gymna- cap. 29.
 sum: cum quibus idem sentiunt STEPHANVS de
 vribus, HESTCHIVS, SVIDAS. quo in loco iam
 Academus instituerat scholam non litterariam; sed
 corporibus exercendis corroborandisque destinatam,

ipso Academo fortitudine & prudentia militari eminente; Plato vero ex itineribus, quæ sapientia gratia susceperebat, redux, non diu Athenis vixit; sed ut musis suis otium adquireret amoenum, agrum hunc

ter mille drachmis sibi ac suis redemit, vide PLV-

(r) de exfil.

TARCHVM, (r) & HERMANNVM CONRIN-

p. 603.

(s) antiquit.a-

cad. suppl. VII.

mam instituit, vnde & discipuli eius dicti sunt aca-

p. 222.

(t) lib. I. acad.

quæst. c. 4.

(u) lib. III.

segn. 7.

(x) de diuinat.

lib. I. c. 13.

(y) ad Laert.

p. 144.

(z) ant. acad.

p. 9. & sup. I. SCHMIDT,

p. 199.

(a) de gy-

mnas. litter.

Athen.

(b) N. O. A.

lib. II. cap. 13.

p. 1150.

(c) archaeol.

græc. p. 33. 34.

(d) de prima

academ. villa

Platonis.

(e) lib. XXX.

hiſt. nat. c. 2.

mille amplius annos nulla schola,

aut scholæ locus,

academæ nomen accepit, donec eam rursus usur-

pauit Cardinalis Beſſarion Paulo II. Pontifice. ifte ma-

gnus

PLINIVS: (e) digna memoratu villa est ab Auerno lacu-

tendentibus, imposta littori, celebrata porticu ac nemo-

re; quam & vocabat M. Cicero academiam ab exemplo

Athenarum, ibi compositis voluminibus eiusdem nomi-

nis, academicarum nempe quæstionum, a temporibus

Iustiniani imperatoris in vniuerso terrarum orbe per-

hunc nat. c. 2.

mille amplius annos nulla schola,

aut scholæ locus,

academæ nomen accepit, donec eam rursus usur-

pauit Cardinalis Beſſarion Paulo II. Pontifice. ifte ma-

gnus erat aestimator Platonis & societatem eruditorum hominum, quam in domo sua instituebat, academiam adpellabat. deinde hoc perlionorificum nomen plures societas, priscam doctrinam collapsam restituentes, magno mentis ardore emulatae sunt. hinc orta academia Humoristarum, Inthronatorum, Furfuriorum, Otiosorum, cetera, quas diligenter opera exposuerunt MORHOFIVS. (f) (f) polyh. lit.
 STRUVIVS, (g) REIMMANNVS, (b) quibus adderetur. tom. I. lib.
 IO. BVRCHARDVM MENCKENIVM. (i) tractu I. c. 14.
 temporis academiæ nomen ad omnes scholas, in quibus altiores disciplinae traduntur, quæ alias nomine uniuersitatum veniunt, translatum est: confer (g) introd. in
 HERMANVVM CONRINGIVM, (k) AVCTOREM not. rei litter.
 bibliotheca nouæ Halensis. (l) Lycei quoque erat nom. c.X. & in suppl.
 men, quod gymnasii litterarii veterum romanorum p. 153. qd. 15
 tribuebatur, ortum ab Apolline Lyceo, cui locus alter, (b) hist. litter.
 qui Athenis musarum templum habebatur, quiue ly- p. 1 lib. I. p.
 ceundicebatur, erat sacer. erat in illo loco peripatus, 107. seqq.
 Aristotelis deambulatio, qua iste philosophus miri- (i) declam. de
 fice delectabatur: vide DIOGENEM LAERTIVM. (m) p. 112. edit. ll.
 quod lycæ nomen etiam gymnasio Ciceronis in Tu- (k) antiquit.
 sculano fuit, de quo ipse hunc in modum testa- acad. diff. III.
 tur: (n) quibus de rebus & alias saepe & paulo ad- (n) lib. I. c. §.
 curatius nuper, cum essem cum Quinto fratre, in Tr- Pr. diuin.
 in lyceum venissimus, (id enim superiori gymna-
 so nomen est) perlegi, ille, inquit, tuum paulo ante ter-
 cium de natura deorum. ibi sublati iudiciis, & amis-
 so regno forensi, ludum quasi habere cœperit & Pan-
 fam

16 EXERCITATIO HISTORICO-POLITICA

sam, Hirtium atque Dolabellam in morem præceptoris quotidie arte declamandi exercuit; prout ipse tradit: (o) adde QVINCTILIANVM. (p) nostra ætate omnes scholæ, in quibus iuuentus illis litteris, quæ ceteris grauioribus studiis præsidio sunt atque adiumento, imbuuntur, lycea vocantur. ad ludi nomen nos ordo dicit, quo gymnasia romanorum insigniebantur. illud, sicut vox gymnasii, primum usurpabatur de loco, vbi sece exercebant gladiatores: hinc a (q)vit. Cæsar, SVETONIO (q) eiusmodi locus dicitur ludus gladiatorius: adde CICERONEM, (r) HORATIVM, (s) lib. V. ad div. ep. 12. n. CHRISTOPHORVM CELLARIVM; (t) deinde vero vox hæc translata etiam est ad quævis loca, in quibus animi cultura suscipiebatur, quam in rem testa- (t) de art. poet. v. 22. (u) ad d. l. tut QVINCTILIANVS: (u) sed in verbis quis adeo CICERONIS. (v) inst. orat. lib. I. cap. 4. CICERO, (w) sive genere & qualitatibus & per- sonas, & numeros? litterarii pene ista sunt ludi & triuialis scientia; vbi illæ scholæ denonantur, in quibus prima elementa pueris tradebantur; quo & per- (x) lib. VI. tinent verba LIVII: (x) intentos opifices suo quem- que operi & ludo litterarum strepere discentium vo- (y) vit. Attic. cibus vidit: adde NEPOTEM. (y) quo sensu vox græ- ca διδασκαλεῖον plerumque apud auctores usurpa- tur, vti patet ex DIONTSIO HALICARNASSEN- (z) lib. IX. si; (z) atque hinc appellatio ludimagistrorum, qui antiquit. rom. in ipsis scholis docebant, orta est, de quibus infra p. 709. dicendi locus erit. sed & grammaticorum scholas quandoque hoc habuisse nomen, videre est apud (a) de illustr. SVETONIVM, (a) quando dicit: audiebam etiam gramm. c. 4. memoria patrum quosdam e grammaticis statim e ludo do

do transisse in forum; ac de rhetorum schola vi-
pauit hanc vocem CICERO, (b) quando e ludo Ifo-
cratis, tamquam ex equo Troiano innumeros prin-
cipes exiisse ait; nec non SVETONIVS (c) de rhe-
tore EPIDIO testatus est, ipsum ludum docendi ape-
russisse: confer CONRAD. BV DDE. (d) de nomine
schola, a quo sine dubio germanica vox Schule tra-
hit originem, non est, quod plura moneamus: de
eius origine, quum vel a græca voce σχολὴ otium;
vel ab hebræa נָשָׁה vacuit, in otio vixit, deriuetur;
& sic vel ab otio honesto & voluptate in docendo;
vel a vacando dicatur, vide CHRISTIANVM BEC-
MANNVM, (e) IO. FVNGERVM, (f) quibus ad-

(b) lib. II. de
orar. c. 22.

(c) de illustre
rhet.

(d) de stud.
lib. veter. ro-
man. p. 17. 18.

das HOFMANNVM, (g) FRIDERICVM SPAN-
HEMIVM. (h).
§. V. Hactenus de nominibus scholarum. qui-
bus expositis ad ipsum argumentum explicandum
conuertimur, atque obseruamus, scholas veterum
romanorum partim priuatas, partim publicas fuisse.
quod ad illas adrinet, pro voluntate & sententia cu-
iisque eligebantur, quum romanis magnæ cura esset
liberorum educatio atque institutio. plerumque ve-
ro domi & in contubernio matris addiscebantur ele-
menta, & ipsi parentes liberos suos litteris crudiebant.
iam primum enim suis cuique filiis ex casta parente
natus, non in cella emte nutricis, sed gressu ac sinu
matris educabatur, cuius precipua laus erat, tueri
domum & inseruire liberis, prout per pulcre dicit
AVCTOR (i) de cauiss corruptæ eloquentiæ: con-
tra sane, ac ut hodie sit, ubi matres sæpen numero ad-

(e) origindat.
lingu. p. 686.

(f) etymolog.
latin. p. 10. 15.

(g) lexic. uni-
uersal. voce:
schola tom.

IV. p. 95.

(h) orat. de
auditor. veter.

tom. II. opp.

p. 1367.

C iutri-

iutrices liberis esse in peccando, & contra paternam seueritatem conniuere solent. nec defunt exempla veterum romanorum, quae haec mirifice corroborant.

(k) de clar. o. CICERO (k) adfirmat, se legisse epistolas Corneliae matris Gracchorum, & adparere, filios non tam addit cap. 27.

(l) lib. VIII. in gremio educatos, quam in sermone matris: & alio loco: (l) mallem Cicerones nostros meo potius labore subdoceri, quam me alium eorum magistrum querere:

(m) vit. ipsius et TACITVS (m) de Agricola: mater Iulia Procula fuit, rara castitatis. in huius sinu indulgentia que educatus, per omnium honestarum artium cultum pueritiam adolescentiamque transgit: addit cap. 4. n. 3.

(n) vit. Attic. NEPOTEM (n) & CONR. BVDDE. (o) tali vero educatione nihil profecto praestabilius, nihilque pulcrius censendum, quam vterque parens certamine quodam officium suum diligenter praefat: & tum demum optatus educationis euentus exspectandus est, quando parentum cura ad consilia atque monita rectorum adpositorum legitime adgregata est. res enim prorsus temeraria videtur, scholis omnem honestatis rationem tantummodo relinquere, domi vero nihil ad eam conferre, aut leuiter solum tractare: quum fieri nequaquam possit, ut domi prostratos mores schola publica in rectum felicissime extollat

(p) c. XXXIX. atque erigat. hinc AVCTOR (p) dialogi de causis corruptae eloquentiae inter rationes, quapropter eloquentia & ceterae artes ab veteri gloria defecerint, quoque refert NEGLIGENTIAM PARENTVM: ade DE GVILIELMVM MECHOVIVM, (q) CHRISTO, 5. p. 84. seqq. PHORVM CELLARIVM. (r) parentum vero manus

(q) Herma-
then. tragh. i. c.
5. p. 84. seqq.

DE GYMNASIIS LITTER. VETER. ROMANOR. 19

nus in hoc negotio breuibus recensere, a proposito (7) program.
dissertationis argumento minus alienum erit. illo-
rum quippe cura in eo primum versari debet, vt li-
berorum ingenia, quim magna eorum sit varietas,
sollerti cura atque prudentia explorent, num ad litter-
arum scientias capessendas natī atque apti sint? (5) (s) conf. I, F.
quim omnes litterarum studia addiscere debe-
ant, qui naturali mentis pollut facultate. si itaque
parentes deprehendunt, liberos hisce mentis doti-
bus præditos esse, litterarum studiis eos sine dubio
consecrare possunt: prudentiae tamen interdum est,
eos ad hæc sacra non admittere, quamvis necessarias
mentis facultates habeant. quim autem non perin-
de sit, quam quisque artem colendam suscipiat, ex-
ploratione & scrutinio iterum opus est, priusquam
litterarum studiis operam nauent, ad quam scientiam
tractandam apti sint? ingenio enim nonnulli pollut,
sed ingenio ad scientiam, quam discendam sibi sum-
unt, apto plane destituuntur: & rectius profecto
sibi consulunt, qui aliam artem addiscunt, quam
qui inuita Minerua litteris operantur, prout laudatus
maxime venerandus. IO. FRANCISCVS BVDDEVVS
(6) dicit. quum itaque parentes liberos certæ cui-
dam scientiæ addiscendæ destinarunt, curæ ipsis esse
debet, vt finis propositus feliciter obtineatur, id quod
siet, si id, quod prouidendum est, liberis prospicere
ne omittant; & quid agant, aut quid discant filii,
diligenter explorent. singulis vero parentibus hic
rei non sufficientibus, saluti liberorum consultetur, si
præceptorum opera hac in parte vtantur; id quod

C 2

per-

n. LX. p. 432.

B V D D E S
sel. iur. nat. &
gent. p. 377.

(7) dict. log.

perspicerunt veteres romani, dum ipsorum liberi ad litterarum studia ope præceptorum quoque adducebantur. quum autem de scholis eorum priuatis prius agere, nobiscum constitutum sit, obseruamus, non vnius eas fuisse generis. fuerunt quippe aliae, in quibus litterarum elementa tradita sunt; aliae, in quibus arte grammatica iuuentus imbuta est; aliae, in quibus rhetores & philosophi docuerunt. qui primis elementis litterarum iuuenturem rudem instituebant, vocabantur *Iudimagiſtri*, *litterarii ludi magiſtri*, *litteratores*, *magiſtri litterarii*, *primi magiſtri*, *magiſtri ad prima elementa*; confer IO. VVÖ VVERIVM.

- (*a*) de polym. (*b*) SAM. PITISCVM, (*c*) CONR. BV DDE. (*y*) cap. 12.
 (*x*) obseru. ad de re ipsa testatur LIVIVS, (*z*) quando de Camilli ingressu ad Tusculanos dicit: *intentos opifices suo c. 10. de illuſtr. quemque operi & Indos litterarum strepere discenti- gram. pag. 1067.*
 (*y*) de stud. *venienti in forum (ibi namque in tabernis litterarum ludi erant) minister decem viri manum iniecit:* p. 18. 19.
 (*z*) lib. VI. *adde DIONTSIVM HALICARNASSENSEM.* (*b*) cap. 25.
 (*a*) lib. III. *ex quib[us] liquet, quod heic prima elementa sint tradita, quodue pueri & puellæ institutionem habue-*
 cap. 44. *rint communem. adiungebantur hisce magistris lit- terariis pedagogi, siue comites custodia cauſa, quo- rum probatis spectatisque moribus familia ſoboles committebatur, coram quibus neque dicere fas erat, quod turpe dictu; neque facere, quod in honestum factu videretur, vide AVCTOREM* (*c*) de cauſis n. 6.
 (*d*) lib. III. *corruptæ eloquentiæ, PLINIVM* (*d*) & CONR. ep 3. n. 4. *BVDDE.* (*e*) clementis adreptis, adibant grammati- corum

DE GYMNASIIS LITTER. VETER. ROMANOR. 21

